



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

75. Usurpantes Jurisdictionem in exemptes, an incidant in aliquas
censuras.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO LXXIV.

Appellatione diœcesis quœnam comprehendantur.

PAucis distinguendum, an diœcesis fiat mentio in materia favorabili aut odiosa, si in favorabili comprehendatur civitas, si verò in materia odiosa, qualis est hæc exemptionum, minimè quam materiam Petrus Andreas Gammatus ad cap. unicuique num. 106. & seqq. de rer. permut. in 6. vol. tract. 15. fufius persequitur adde DD. cap. Rodolphus de rescript. Abb. cap. cum cõtingat, n. 2. cum Apost. de foro cõpet. Cõpost. d. ca. Rodolphus An autè monasterium cõprehendatur, si v. g. Pontifex mandat Episcopo alicui ut provideat de beneficio suæ diœcesis, resolvitur apud Compostellam in c. Abbatem cogi verb. diœcesis de rescr. Cum distinctione an monasterium cum Ecclesiis sit exemptum, an non; item an Episcopi iurisdictioni excitetur, an non, apud quem vide, satis enim est digito illum ostendisse,

QVÆSTIO LXXV.

Usurpantes iurisdictionem in exemptis, an incidant in aliquas censuras

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Incidunt in censuras. | ni quali acunq, obrudantur privilegia. |
| 2. Nisi ignorantia excuset. | 6. Iudices Gallie an iudicare possint clericos super delatione armorum |
| 3. Advocati usurpantium an incidant in censuras. | 7. Patientes se trahi in ius coram alio quâ Pontificio, an incidant in Bullam Cœna Domini. |
| 4. Verbi præsumserit, energia. | |
| 5. Nemo eximitur à Bulla Cœna Domini. | |

Incidere in censuras Bullæ Domini apparet ex illius textu excom. 20. in hæc verba: Vel jura ad ipsam Rom. Ecclesiam pertinentia dictæ Ecclesiæ Rom. mediâ, tẽ vel immediatẽ subjecta, necnon supremam iurisdictionem in illis nobis & eidem Ro. Ecclesiæ competentem de facto usurpare, perturbare, retinere & vexare varijs modis præsumunt, necnon ad hærentes favores, defensores eorum, seu illis auxilium consilium vel favorem quomodolibet præstantes. Diximus autem hætenus frõquenter exemptos esse speciales filios Ecclesiæ Rom. li. 1. q. 1. n. 17. ac illius iurisdictioni specialiter esse subjectos atq; reservatos dixi lib. 2. q. 5. n. 12. Quod non modo verũ est, si temporalia jura Ecclesiæ Rom. usurpentur, sed etiam si quæcunque spiritualia, quemadmodum fufius apud Gregorium Sayrũ traditum est in Thesaurò Theologiæ moralis

notabilis li. 3. c. 21. & 24. n. 5. par. 1. Idque nisi ignorantia excuset, qua de relectorem 2
ad eundem Sayrum late disputantem remittimus d. par. 1. cap. 18. n. 24. & 31. cum
segg. Navarr. in Manuali cap. 27. nu. 16.

Utum autem advocati & defensores usurpantium hæc iura Rotæ. Ecclesiæ inci- 3
dant in eandem censuram dubitatur. Certè si scienter defendant & tæantur, nemo
dubitaverit Archid. ca. quicumque de heretic. in 6. Silvester verb. heresis 1. n. 10. q. 7. Al-
phon. Vivald. in expositione Bullæ Cæne Domini nu. 7. & ibidem Toletus §. 1. Advocando
enim dicitur quis auxilium & favorem præstare Anania c. si adversus n. 2. & 5. de her-
eticis. Dolus autem, scientia, & intuitus usurpationis requiritur, velut de patronis 4
hereticorum, per DD. iam laudatos proditum est, add. Sayrum d. li. 3. c. 5. n. 9. utitur
enim Bulla verbo præsumperit, quare ad instar legis non comprehendet eum, qui
absque dolo vel contemptu bona fide, vel simpliciter contravenit Card. Clem. 1. q. 39.
de privileg. Navarr. de alienat. rerum Ecclesiasticarum n. 16. Carocius sing. 973.

Ad eò autem verum est usurpatores prædictos incidere in censuras Bullæ Cæne 5
Domini, ut nemo ab illius pœnis etiam si regali fulgeat splendore eximatur Sayrus
d. li. 3. c. 25. n. 10. & 11. vide tex. Bulla verb. non obstantibus etiam si Pontificali Imperiali
Navarr. in Manuali c. 27. 72. in fine. Idque etiam si prætenderentur privilegia remunera-
toria, aut per viam contractus, potest enim Princeps, seu Pontifex iusta ex causa
pro suo arbitrio ea revocare, dixi supra lib. 3. q. 1. n. 9. & 10. Sayrus d. n. 10. & 11. Navarr.
v. cons. 1. nu. 2. de foro compet.

Qua ratione censuit Sayrus d. n. 10. contra Navarrum in Manuali c. 27. n. 71. Iu- 6
dices Galliæ iudicantes clericos super armorum delatione, & quibusdam alijs in ca-
sibus, incidere in Bullam Cæne Domini ex eo quod verba Bullæ sunt clara, nec opus
habeant ut pro interpretatione ad Summum Pontificem recurratur, quod tamen
cum Innocentio in ca. noverit de sent. excom. temperaverim, si ea contra Ecclesiæ li-
bertatem tendere ignorentur, ignorans enim invincibiliter (inquit & probat Sayrus
d. par. 1. li. 1. c. 18. n. 31.) Canonem Papæ, imponentem excommunicationis pœnam
pro delicto, lege etiam divina damnato, excommunicationem non incurrit, etiam si
licet factum illicitum, & damnatum, ut supra ex Navarro probavimus. Ratio præ-
missorum est, quia ejusmodi usurpationes tendunt contra Ecclesiasticam libertatem
Franc. 6. 1. in pr. de privileg. in 6. Franciscus de Platea tract. de excommunicat. §. 30. Abb. 7
c. sanè n. 3. cum add. de excessib. prelator. Porro, non modo usurpantes iurisdictionem
Romanam incidunt in Bullam Cæne Domini, sed etiam ij omnes, qui eam usurpa-
ri, & se coram alio quam Pontificali iudice in ius trahi patiuntur Navarrus cons. 1. n.
81. q. 42. de constit. cum enim non trahantur in viti, consilium & favorem præstare vi-
dentur, quod per Bullam prohibitum est, Navarr. d. n. 81.